¶ Respondeo ad pm dico quod no est ide: rem totam vel sm oes partes acquirere nouam sbam et rem sm se totam acqrere nouam sbam: ad hoc enim quod res tota acqrat nouam sbaz sufficit quod oibus partibus eius fiat aliqua additio sm sbam: q tn prius erant actu: ad hoc at quod res sm se tota acquirat noua sbam est necesse quod prius existens solum in potetia incipiat sm se fieri actu: quod solum fit per gnonem pcedo igif quod per augmentu res tota vel sm oes partes acquirit nouam sbam no tn sm se totam: ideo no seqtur augm esse gnonem per quam res acquirit sm se totam nouam substantiam et nouum esse.

¶ Ad 2m dico quod ma duplr psideratur p sm se 2o quantum ad sua actualitate: dum res gnatur licet materia sm se preexistat: non tn sm suam actualitatez: actuatur eni ex forma: veruz ergo est dicere quod dum res generatur sm se totaz acquirit substantiam quantum ad suam actualitatem: et sic potest dici quod ma fit: quia fit actu: que solum erat in potentia.

Contra 3m caput arguif quod augmentu non est motus ad quantitatem: no est alique motus in pdicamento qtitatis g etc. pbatur ane: vbi est motus ibi e prarietas ex p phisicor: sed in quantitate non e prietas ex Arist. in pdicametis: g in quatitate no est motus si dicis quod in quatitate no est prietas ppria que est dia duaz formarum maxime distantium sub eodem gne: tn ibi est prietas impropria vel imperfecta que dicit excellentia et defectum: et qa hec pditio seruatur in qtitate: datur eni ad sensum quantitas maior que coparata minori est excedens: minor at deficies ideo sm hanc radicem prietatis est motus in quantitate. Cotra: si pter hanc radicez prietatis est motus in quantitate: g eade rone est motus in sba qd est falsuz ex 5o phisicor: probaf pna: sicut in qtitate est prietas rone excellentie et defectus: ita est in sba: nam ex. 10. metha. qdlibet gnans diuidif in duas dias oppositas quarum vna e excellens altera deficies .i. minus perfecta: sicut animatu comparatu inanimato: ergo eadem rone erit motus in sba sicut in quantitate. Si dicis quod no est eadem ro: q: licet in pdicamento sbe sit excellentia et defectus tn esse sbe et consistens in indiuisibili: ideo ad eam non est motus sed mutatio p: hec in et pditio copetit quatitati: g nec in quantitate erit motus et sic stat rgumentuz in pposito pmo: pbatur ane: qtitas no recipit magis et minus: g suu ee stat in indiuisibili sicut pz ex pho in pdicameto qtitatis.

¶ Respondeo duplr et p: quantitas sumitur duplr: p vt quantitas est 2o vt denominatur a nuero vt bicubitum tricubitum: dico igif quod Arist. soluz negat qtitatem recipere magis et minus sm quod denominaf a nuero et no sm se accepta vt pz per exempla phi: in tex. vbi ingt non videtur quantitas suscipere magis et minus vt bicubitu neqz (vsqz ibi pprium at maxime) pcedo igitur quod quatitas sm se recipit magis et minus et sic ad eam est motus: sba at nec sm se nec alia rone est recipiens magis et minus ideo ad ea nullo mo est motus. 2o dico quod in quantitate non solum est prietas qtum ad excedentiam et defectuz sm et qtum ad maximam distantia: inuenimus eni in qtitate loca maxime distantia .i. vniuerso q sunt supficies puexa celi supremi et centrum mundi pter qd ingt Cometator in pdicameto quantitatis videntur hec

duo loca

duo loca que dicta sunt esse 𝔠ria postquā
vnūquodq; eoꝝ est in vltimo ellōgationis
s. a suo 𝔠rio donec inueniatur ellongatio
maior: hec ille: dico igitur ꝙ est motus in
quantitate q: in ea seruatur vera 𝔠rietas
quantum ad maximam distātiam ⁊ non
solum quo ad excellentiam ⁊ deffectum:

¶ Contra: stante hac rñsione eadem ra/
tione erit motus in sb̃a nam sicut tu po/
nis in quantitate propriam 𝔠rietatem ra
tione maxime distantie duoꝝ locoruȝ in
vniuerso ita lȝ 𝔠cedere maximam distan
tiam inter duas subas que sunt in predi
camento: que erunt prima intelligentia
mouens primum mobile ⁊ materia pri/
ma: illa enim nō datur perfectior: nec ista
imperfectior cum sit in pura potentia.

¶ Respondeo lȝ in predicamento sube
datur maxima distantia sicut in quātita/
te: vt argumentum probat: tamen q: defi
cit hec conditio que est recipere magis ⁊
minus que tamen conuenit quantitati
s̃m se: vt dictum est. Ideo conueniētius
ponitur motus in quantitate q̃ȝ in suba.

¶ Q. non detur diminutio probatur: q:
si datur aut est a causa intrinseca vel ex/
trinseca: non ab extrinseca q: cū idem sit
causa oppositoꝝ: ex. 8. phi. ⁊ augmētum
⁊ diminutio sint opposita eadem ratione
augmētum esset a causa extrinseca: qd̃ tñ
est falsum ex pho in textu: nec est a causa
intrinseca q: cause intrinsece sunt forma
⁊ materia: ex. 2. phisi. sȝ iste non sunt cau
se diminutionis cum sint cause conserua
tionis rei: sicut eniȝ forma dat esse ita mã
recipit esse quo res conseruatur.

¶ Si dicis ꝙ causa itrinseca est duplex
s. causa intrinseca essentialis: ⁊ hec est ma
teria ⁊ forma: ⁊ causa intrinseca effectiua:
⁊ hec nō est materia nec forma: sicut cor
est causa effectiua inquātum mouet alias
partes corporis ex libro de motu anima/
lium: dico igitur ꝙ diminutio est a causa
intrinseca effectiua que est calor natura/
lis ⁊ non ab intrinseca essentiali.

¶ Contra: si calor naturalis est causa di/
minutionis: ergo idem est agens in se ip/
sum actione corruptiua: quod est contra
phm in. 2. de gñone cap. de actione: pro/
batur 𝔠ñtia: si est causa diminutionis est
causa corruptionis sb̃e aiate que est s̃m
ipsius caloris: sicut. n. gño precedit augm
vt diximus supra: ita corruptio est prece/
dens diminutionē: tunc vltra: si est causa
corruptionis sui sb̃i. ergo est causa corru/
ptionis sui ipsius: corrupto enim subie/
cto corrumpitur accidens.

¶ Si dicis ꝙ lȝ nihil agat in seipsum p
se actione corruptiua agit tñ per accñs:
sic ⁊ calor naturalis per accidens corrū/
pit seipsum ⁊ non per se: intendit enim
conseruari consumendo humidum radi
cale ad cuius consumptionem preter in/
tētionē nature seqtur corruptio caloris.

¶ Contra: si concedis ꝙ calor nãlis sit
causa solū p accñs diminutionis. ergo tu
debes assignare causaȝ per se: que tñ non
potest dari: q: pbatum est ꝙ materia nec
forma sunt causa diminutionis: nec cau/
sa extrinseca sicut nec in augmento: 𝔠ñs
vero pbatur: omne per accidens reduci
tur ad aliquod per se: ex. 2. ⁊. 8. phisic. si
ergo datur causa per accidens diminutio
nis est assignanda etiam causa per se.

¶ Respondeo ⁊ dico ꝙ assignatur cau
sa p se diminutionis: sȝ hec est extrinseca:
⁊ est intētio primi agentis: disponens. n.
aiata etiam corruptibilia intēdit ea auge
ri ⁊ diminui: vt hac incessitudine succes/
sio in hijs inferioribus conseruetur.

Contra primū dubium pbatur ꝙ non debēt porri in corpo
re aialis per quos fiat augm sic: tales par
tes porrose vel sunt vacue vel sūt plene:
nō vacue: q: non daẗ vacuum in reꝝ nã:
ex. 4. phisi. non plene: q: cū reciperēt in
se nutrimentum decoctum ⁊ depuratū:
duo corpora essent simul. s. nutrimentum
⁊ illud corpus replens partes porrosas:

Ad hoc di ꝙ tales porri sunt ple/
ni nō quidem aliqua mã
grossa: sȝ subtili que facile cedit in ingres
su nutrimēti: ⁊ ex hoc ꝙ hmōi mã de fa/
cili cedit nō est necesse duo corpora esse

simul: & cū hmōi pori sunt repleti nutrimēto aliud in eis nō recipit donec prius nutrimētum fuerit corruptū: & iterū per calorē nālem fiūt rarefactiones in corpore aialis: & fiunt noui pori in qbus iterū recipitur nutrimentum: & sic successiue.

Contra 2^m dubiū arguit q non remanet idē actū ante & post: sic: si alicuius totius partes mutant & ipsum totum mutatur: totum enim cōstituit ex suis partibus: sed in aucto sunt alie partes quā erāt añ: auget enim aial q: noua pars carnis adit pcedēti p pversionem alimēti in sbam nutriri. ergo non remanet idē auctū ante & post: & sic fortes infans & fortes vir nō est idem numero.

Ad hoc di q pcludit nō remāere idē numero p mō: vt supra pcessimus: cū hoc tñ stat q remanet idē numero 2° & 3° mō vt supra patuit.

Contra 3^m dubium arguitur q augmentum non sit motus ptinuus: sic: sm phm i hoc p lib. dāt aug^m a nutritione: q: nutritio est p totam vitam aialis aug^m aūt vsq ad terminatū tempus puta in hōie vsq ad tertium vel quartum septēnum. ergo nō est ptinuū.

Ad hoc p3 responsio: p distinctionem datam de continuo in solutione tertij dubij pcedimus enim q augmētum maxime sensibile vo dī ptinuum quasi durans sine interpositione p totā vitam aialis: s3 dī ptinuum pro tanto tpe: pro quo sit puta pro vno mense.

¶ Explicit secundus tractatus sup primum librum de generatione.

¶ Tractatus tertius super primum librum de generatione.

Ab hoc 3° tracta. agit phs de tactu & actione & passione & mixtione: nam in 2° libro aget de gñone elemētorum: s3 elementum non pōt ex alio gñari nisi agant & patiantur ad inuicem per alterationem: puta non potest ignis gñari ex aere nisi ignis calefaciat & exsiccet aerem: ergo generationem precedit actio & passio: s3 nec agens agit in passum nisi agens tangat passum: vt dicit phs in littera & in .7. phisic. probatur q mouens & motum sint simul. ergo actionem & passionem precedit tactus. Item elementum non generatur ex elementis nisi elementa ad inuicem misceantur: ergo generationem precedit mixtio: vt ergo in scdo non sit necesse frequenter replicare de tactu & passione & actiōe & mixtione: de hūs pvenienter pposuit hunc tracta. quem diuidimus in tria capita.

¶ In primo agemus de tactu.

¶ In scdo de actione & passione vel de actiuis & passiuis quod idem est.

¶ In tertio agemus de mixtione.

¶ Caput primum.

Circa primum caput in quo agendum est de tactu dicam tria. p quotuplex est tactus. 2° qs est ille tactus qui requiritur in actione & passione: vel quo sm phm agens naturale: & patiens se tangunt. 3° ponam corre^m.

Circa p^m nota sm ph3 in hoc p li. q tactus ē triplex. s. mathe. nālis & methaphoricus: tactus mathe. sic describitur a pho: tactus math. est cōiunctio duarum magnitudinum quarum extrema sunt simul. Ad cuius declarationem nota q ad hmōi tactum tria requiruntur p q tāgens & tactum sint quanta: pp qd non pōt dici intelligētia mouens vnita celo tāgere celū tactu mathe. l3 enim celū sit quātum tñ intelligētia est non quāta. 2° requiritur q tangens & tactum distinguantur situ: ita q vnum sit extra alterum: & pp hoc non potest dici q acciñs tangit sbm in quo est: nec forma tangit mām: q: vnum est in alio & non distinguūtur situ. 3° requiritur q extrema illarum magnitudinum sint simul. i. non habeant aliquod medium: nec etiā sint vnum q: dicerent continua & non contigua: & propter hoc

due partes linee copulate ad vnum punctum: vt terminum cōem non dicuntur se tangere: sz ad inuicem continuari. Tactus naturalis sic describitur a pho: est coniunctio duaꝝ magnitudinum habentium positionem. i. distinctā situm: quaꝝ extrema sunt simul actiua ꝛ passiua ad inuicem: ad huius declarationem nota ꝙ omnes conditiones, quas icludit tactus math. includit etiā tactus nālis: sz adit: 4m. s. ꝙ tangens agat in tactum ꝛ tactū reagat in tangens: ꝛ dicuntur passiua ꝛ actiua ad inuicem: ꝛ hoc modo dicūtur elementa se tangere: nam si aqua vnitur igni: ignis patitur ab aqua ꝛ corrumpit: ꝛ similiter ignis agit in aquam vel corrūpendo vel saltē calefaciendo eam: ex hac diffinitione sequitur: ꝙ si duo corpora se tangunt ꝛ vnum non agat in alteꝝ ꝛ eꝯ: causando in eo aliquam qualitatem alteratiuam: non dicūtur se tāgere tactu nāli sz math. vel methaphorico: vt dicemus.

¶ Tactus methaphoricus est q est iter duo quoꝝ vnū tāgit aliud sua virtute: sz nō agat in eo aliquā qualitatē alteratiuā vel si causat in tacto qualitatē alteratiuā non tñ eꝯ. Hoc modo ſm phm pōt dici tristans tangere nos: quādo per eius tristitiam aut dolorem mouet nos ad cōpassionem: sed non eꝯ: non enim nos mouemus tristantem ad cōpassione nostrā nisi forte ꝛ nos simus in tristitia constituti.

Circa 2m dico ſm Phum ꝙ inter agens ꝛ patiens nāle seruet tactus naturalis: omnia enim agentia ꝛ patientia nālia se mutuo alterant: ꝛ agūt ꝛ patiuntur ad inuicem: vt dicemus infra: sed nota ꝙ agens naturale ꝛ patiens naturale dicitur solum agens ꝛ patiens gñabile ꝛ corruptibile: ex quo sequitur ꝙ tactum elemētorum vel elemētatuꝫ pōt dici agens vel patiens nāle: vtꝝ aūt sit neccesse semper agens naturale tangere passum discutiemus in secundo capite.

Circa 3m ponitur hoc corem ex predictis descriptionibus de tactu: sequitur ꝙ dum intelligentie applicate corporibus celestibus mouent celestia corpora tāgunt ea tactu methaphorico q2 lz dent aliquā virtutem corpori celesti non tñ causant in eis aliquam virtutem: aut qualitatem alteratiuam: celum enī est penitus in alterabile ex p libro celi. Dum aūt celuꝫ mouet inferiora corpora est ibi tactus nālis ex parte corporis inferioris: recipit enim ꝛ patitur a celo qualitatem alteratiuam: vt aqua calefit a sole ꝛ humida exsiccantur: ex parte vo celestis corporis est cōtactus methaphoricus q2 celum non repatitur ab inferiori corpore nec recipit qualitatem alteratiuam: vt dictum est. Dum autem inferiora corpora se inuicem mouent: vt dum ignis mouet motu alterationis ipsam aquam calefaciēdo: ꝛ sic alia elementa: ibi est tactus naturalis ex parte mouentis ꝛ ex parte moti: agūt enim ꝛ patiūtur adinuicē: ꝛ in seipsis mutuo causant qualitates alteratiuas ꝛ propterea elementa ex se inuicē mutuo generātur ꝛ corrumpuntur: vt dicemus in scdo libro. Hec de p capite sufficiant.

¶ Caput secundum.

Circa caput 2m agēdum est de agere ꝛ pati: ꝛ ibi dicemus quattuor. Primo que sunt conditiones agentis ꝛ patiētis: deinde soluemus tria dubia que mouentur sup tres propositiones phi.

Circa pm nota ꝙ phs i hoc p postq̄ adduxit opiones antiquoꝝ ꝛ iprobauit quo ad ꝯdōnes agētis ꝛ patiētis: ꝛ quo ad modū quo ponebāt causari actionē ꝛ passionē: postea in textu. 77. ꝛ 78. inuestigat ſm propriam opinionem hmōi conditiones: p qdem ex parte agētis ꝛ patiētis quātum ad substātiam. 2o quātum ad modum agendi ꝛ patiendi.

Quantum ad substātiaꝫ agēs ꝛ patiens habent duas conditiones que requirūtur de neccessitate cuilibet agenti ꝛ patiēti. Prima est: omne patiens debet esse tale in potentia quale est agens actu: verbi gratia: si aqua debet calefieri ab igne debet esse in potentia ad calorem sicut ignis est.

actu calidus: si enim esset actu calida iaz non calefieret nisi forte sm maiorem gradum: simlr si ignis nõ esset actu calidus non ageret in aquaz omne enim qd agit: agit inquantum est actu: ex. 9. Metha͡ce. 2ª conditio est: omne patiens nãle debet esse passibile sm omnem sui partem z nõ solum sm aliques partes z secundus aliquas non: vt lignuz est aptum calefieri z comburi sm omnes suas partes.

Quantum ad modum agendi omne agens z patiens hñt tres ꝯdõnes. Prima est: omne patiens magis vel minus patitur sm ꝙ est magis vel minus dispositũ: actio enĩz agentis ex. 2. de aĩa recipitur in patiente disposito. ergo sm modum dispositionis est modus passionis: silr modus actionis est sm modum virtutis z poᵉ ipsius agẽtis: agens enim quãto vigorosius tanto efficatius in patiens operatur. Scd̃a cõditio: omne patiens dz esse diuisibile nõ qdem actu sz poª: ꝙsic dz intelligi: omne patiens corporeum nãle sic dz esse ꝙ sit aptum recipere aliquid ab agente. ꝑ sm vnam partem deinde sm aliam: z sm aliam zc. v.g. qñ lignum calefit ꝑ recipit calorem in vna parte: z deinde in alia: nõ tñ pp hoc est neccesse partes ligni ab inuicem actu diuidi: põt enim ꝯtinuuz extñs totum successiue calefieri: pp hoc dixit: oẽ patiens opz est diuisibile non quidem actu sed poª: omne enim patiens nãle est corpus: qz omne mobile nãle est corpus: ex. 6. phi. cum sit ꝯtinuum. Tertia cõditio: omne patiens dz esse ꝓximatum suo agẽti: agens enim z passum ẽt si ponant in esse non sequitur actio z passio nisi approxpinquent: vt pz si ponat ignis distans a palea non sequtur cõbustio: hec tñ ꝓximatio sm phm est intelligenda vel p seipsuz vel p aliqd medium. v.g. ignis nõ solum calefacit corpus qd p seipsuz tãgit: sz ẽt z si lõge sit põt calefacere: vt si ignis calefacit aerem sibi proximum: z aer ꝓximus aerem ꝓpe remotum: z ille manũ meaz: tunc ignis ꝓpinquat manui non p seipsum: sz p medium. Ex quo sequtur ꝙ nullum agens quantũcunqz vigorosum põt agere in corpus distans nisi ei ꝓpinquet saltem p medium: vñ z astra nõ agerent in nobis nec in terra nisi ꝑ agerent in elementis medijs qbus nobis propinquãt: hec de ꝑ sufficiãt: Nunc soluẽda sunt tria dubia que oriuntur ex tribus dictis.

Primum dubium est: vtrum hec ꝓpositio quaz ponit phs in hoc ꝑ lib. tex. cõmẽti. 44. sit vniuersaliter vera. s. omne agens agit p contactum ita ꝙ sit neccesse agens tangere passum.

¶ Ut id resoluatur. ꝑ pono aliquas distinctiones. 2º aliquas conclusiones.

¶ Prima distinctio agẽs duplex incorporeum: vt deus intelligẽtie z aĩe: corporeum vt celum elementa z elementata.

¶ Secũda: actio duplex: immanens vt sentire intelligere: transiens: vt calefacere scribere zc.

¶ Tertia: actio trãsiens duplex: trãsiens realis vel nãlis: vt calefactio ab igne vel sole: trãsiens intentionalis vel spũalis: vt actio obti qua causat suã speciẽ intẽtionalem in sensu: ex. 2. de aĩa: vt albedo agit ĩ oculũ causando suã spẽm intentionalem in eo: de hac locuturi sumus in. 2. de aĩa in tracta. de sensibus exterioribus.

¶ Quarta: tactus realis nãlis ẽ duplex: imediatus quo agens p seipsuz tãgit passuz: mediatus quo p mediũ tãgit passuz: vt manus per baculum tangit lapidem.

¶ Stantibus hijs distinctionibus pono duas conclusiones.

¶ Prima nullũ agens incorporeũ tãgit suũ passum tactu reali nãli: sz solũ tactu methaphorico qui põt dici tactus virtualis: prima pars probatur. Agens incorporeum non hz quantitatem. ergo non tangit passum tali tactu: hec est enim conditio vna reqsita ad tactum nãlem realem: vt diximus supra: tãgit tamen tactu methaphorico qz applicat virtutem passo.

¶ Scd̃a ꝯ: omne agens corporeuz: si est agens actione reali trãseunte tãgit suum passum immediate vel mediate. Dico ꝑ

actione trãseunte reali: q: phs in libro de generatione non ptractat de actione imanenti: s3 in libro de aia: et in. 9. methacc: nec de actione transeunte intentionali qua agit obm in sensu: sed in. 2. de aia: l3 etiam in hijs actionibus ꝯ fit vera: vt dicemus in solutione argumentoꝝ. Dico scdo mediate vel imediate: qñ si est agẽs proximum tangit passum p seipsum si est agens remotum tãgit p media: vt ignis tangit manum p aerem medium quem p calefacit. Hec ꝯ sic declarata probatur. Si agens corporeum agit in passum corporeum et non tangit ipsum nec mediate nec imediate. ergo inter agens et passum erit vacuum: si enim esset aliqd medium p medium tangeret ipsum passum: et qui negat hoc negat sensum: tunc vltra: si inter agens et passum esset vacuũ. ergo virtus agentis nunq̃ ptingeret ad passum q non tangit: agit enim p influxum sue virtutis in passum: sed virtus agentis non potest fluere in vacuo: q: vacuum non est: et dato casu q esset adhuc non flueret: q: vt patet in. 4. phi: vacuum sm antiquos non est nisi dimensio vel superficies non repleta: vtrumq3 aũt est accidens cum sit quãtitas: sed accidens non fluit nec recipitur in accñte. g virtus agẽtis que etiam est accñs nõ fluit in vacuo. ¶ Preterea si hoc esset veruz. ergo qua rõne ignis calefacit p paruum spatium vacuum calefaceret etiam p maximũ spatium: qd est ꝯ experientiam: na3 paruus ignis calefacit partem camere nõ tamen totam: ꝯña võ sic probatur: magnum spatium si est vacuum nõ plus resistit agẽti igni quam paruum spatiu3 vacuum: ois eni3 resistentia fundatur in aliquo corpore et non in vacuo. ergo qua rõne calefacit per paruum spatium vacuum: calefacit ẽt per maximum spatium vacuum: et sic seqtur q vnus ignis totã vna3 ciuitatem calefacit: ppea bene dixit Aristo. in libro. 2. de aia ca. de visu ꝯ Democritu3: si esset vacuum: musca exñs in celo non posset videri eo q per vacuum non põt esse aliqua actio nec species intẽtionales oboꝝ sensibilium possent p vacuũ ad organa sensuum differri: p3 ergo qũo hec ꝯ est vera: omne agens agẽdo tangit passum: et in qua actione fit vera.

Dubium 2m est: vtꝝ hec propositio phi in primo libro de generatione textu cõmenti. 48. sit vera. s. nihil agit in seipsu3: s3 in alteꝝ: vt id resoluatur dico duo. Primo duas distinctiones. Scdo aliquas ꝯnes.

¶ Prima distinctio: actio est duplex. s. pfectiua: vt itelligere que est pfectio itellectus: et corruptiua: vt egrotatio vel calefactio in aq̃: q̃ abicit sua nãlis frigiditas.

¶ Scda distinctio: aliquid potest agere in seipsum tripliciter. s. Primo et per se: vt qñ idem oio sm se totum esset agens et patiens: puta q homo seipsum p moueret et a seipso primo moueretur. Scdo per se l3 non primo: vt quando idem ageret in seipsum sm partem: puta q homo moueat se q: aia mouet que est pars. Tertio per accñs: vt qñ medicus sanat seipsum non inquãtum medicũ: s3 inquãtu3 infirmũ: accidit. n. medico esse infirmu3.

¶ Stantibus hijs: pono tres ꝯnes.

Prima impossibile est ide3 primo et per se. i. sm se totum et non cõcurente alio esse agens et patiens respectu cuiuscũq3 actionis siue pfectiue: siue corruptiue: probatur sic: omne agens aut est voluntarium: aut cognoscitiuu3: aut naturale. i. sine cognitione agens: si ẽ voluntarium vel est deus de quo constat q nihil agit in seipso actione que sit accidens: vt patet in. 12. methcc: nam actio dei est suba dei: vel est intelligẽtia: et de ea constat q ad oẽm actionem suam cooperatur prima causa: alter esset eque perfecta et simplex sicut prima causa: si ad actionem cooperatur prima causa. ergo nõ p et per se: s3 concurrẽte alio est agens et patiens: vel est homo: et de eo constat q nõ põt habere actu3 volitionis nisi concurrẽte cognitione rei volite: voluntas eni3 non fertur in incognitum: et tñ cognitio

non ɔcurrit ad hoc ꝙ volūtas recipiat i se volitionē: p3 igit ꝙ volūtas que causat ꝛ recipit in se volitionē non ꝑ ꝛ p se causat eā: ſ3 ɔcurrit cognitio: l3 ꝑ ꝛ p se patiatur.i.recipiat volitionē. Si aūt agens est cognoscitiuum vel est intellectus vel sensus: si primū: p3 ꝙ intellectio non causat a solo intellectu: sed ad hoc ɔcurrit spēs intelligibiles ex qua simul cū3 intellectu fit vnū sufficiens pn^m actus intelligēdi: vt diximus in.3.de aīa ꝛ in solo intellectu recipitur. ergo intellectus ꝑ ꝛ p se nō est causans intellectionem ꝛ eādem in se ipso recipiens: si 2^m: p3 ꝙ sensatio causat non a solo sensu: ſ3 a specie obi sensibilis simul cū sensu: vt diximus in.2.de aīa: recipitur tn̄ i solo sensu: p3 igitur ꝙ sensus non ꝑ ꝛ p se causat sensationem ꝛ eam in seipso recipit. Si aūt agens fuerit nāle i.agens sine cognitione tunc in istis inferioribus concurrit semper mā.i.in patiēdo: est enim materia potentia receptiua: ꝛ tamen non concurrit in agendo: omne enim agens vel coagens d3 esse actu: ꝙ non competit māe cum sit in pura po^a. ergo in inferioribus non est idē ſm se totum agens ꝛ patiens: ſ3 est agens p suam formam: ꝛ patiens per mām: similiter in celo idem ꝑ ꝛ per se: non est agens ꝛ patiens: nam vt dictum est in.8.phisic. celum mouens seipsum: non mouent seipsum ꝑ: sed distinguitur in partem mouētem que est intelligētia ꝛ in parte3 motā ꝙ est corpus celi: cum igit non dētur plura agentia ꝛ passa p3 inductiue: ꝙ nullu3 agens primo ꝛ per se agit in seipso.

Secunda ɔ̊: possibile est idem agere in seipsum p se i.ſm partem maxime actione perfectiua: probatur: intellectus per se ꝓducit actū intelligēdi ꝛ in ipso intellectu recipitur: actio enim imanens remanet in agente: ex.9.metb^ce. ḡ intellectus est agens in seipso per se: dico aūt per se non tamen ꝑ q2 actus intelligendi non producitur ab intellectu solo: sed ab intellectu actuato specie intelligibili: vt dixi in ɔ̊ne precedē ti. Item sensus visus agit in seipso: q2 producit actum videndi ꝛ recipitur in ipso visu: ſ3 non ꝑ: ad visionem enim ɔcurrit species rei visibilis qua actuatur visus. ergo sensus agit in seipso per se. Item voluntas producit actu3 volendi per se ꝛ recipitur in voluntate. ergo patet ꝙ possibile est idem agere in se ipso per se l3 non primo: ꝛ maxime actione perfectiua.

Tertia ɔ̊: nihil agit in seipso per se actione corruptiua probatur. Quodlibet ens diligit sui conseruationem. ergo non corrumpit seipsum per se: preterea sequeretur ꝙ appetitus naturalis erraret: quod est falsum: ꝛ probatur ɔ̄ña: nam si aliquid ageret in se ipso actione corruptiua que fit dispositio ad corruptionem: erronee ageret: vnūquodq3 eni3 est agens: vt ex sua actione perficiatur: ex.9.metb^ce: ergo non est agens ad sui corruptionem: ꝛ nota ꝙ qñ phs in lib^o ꝑ dixit ꝙ nihil est agens in seipsum: ꝓprie intelligit de actione corruptiua: vnde illam ꝓpositionem probans inqt: si idem ageret in seipso: nihil esset incorruptibile: nos autem ad maiorem doctrinam declarauimus quō sit vera etiam in actione perfectiua. Hec de scd̄o dubio sufficiant.

Dubium 3^m est quō propositio phi in tex.commenti 48.sit vera: simile non potest agere in simile: ꝛ probat: quia idem ageret in seipso actione corruptiua: quod patet esse falsum per dubium precedens. Ut id resoluam dico duo. Primo aliquas distinctiones. Scd̄o aliquas conclusiones.

¶ Prima distinctio: actio pōt ɔ̄siderari tripl'r.ꝑ quantum ad pn^m: vt cum ignis incipit calefacere lignum. 2° quantu3 ad mediū: vt cū aliqualiter calefecit. 3° quā tū ad finē: vt cū ē terminata calefactio.

¶ Scd̄a distinctio: similia dupliciter. ꝑ aliqua dicuntur similia quando conueniūt in vera qualitate ꝛ in equali gradu: vt duo pugilli niuis dicūtur albi: ꝛ eque albi ꝛ hec dicuntur oino ꝛ sume similia. Scd̄o dicuntur similia qñ cōueniunt in

vna qualitate:sȝ inequali gradu: vt carta ꝛ nix dicuntur similes lȝ perfectior sit albedo in niue: ꝛ hec dicuntur non oino similia:imo dicuntur similia ꝛ nō similia: similia quidem inquantum conueniunt in vna qualitate dissimilia inquantum in equali gradu in illa conueniunt.

¶ Stantibus hijs:pono duas ꝯnes.

Prima est:omne agens in principio actionis est dissimile patienti:probatur:agens ideo agit in passum:vt inducat in eo aliquam qualitatē que non est in passo ex se: vt ignis ideo agit in aquam:vt inducat in ea caliditatem quam non habet ex se.ergo agens in principio actionis habet qualitatem quā non habet patiens.ergo est dissimile. Si dicas ꝙ ignis potest incipere in aquam agere:dato casu ꝙ ante actionem esset calida dico ꝙ si in aqua esset ita perfectus calor sicut in igne non ageret in eam:sed si est aliqualis gradus caloris in aqua potest ignis agere in eam:quia est dissimilis sm gradum caloris:vt patet in secundo membro secunde distinctionis.

Secunda ꝯ:omne agens ꝛ patiēs in fine actionis sunt similia:probatur:omne agens ideo agit in passuȝ:vt illud sibi assimilet puta ignis agit in lignum:vt conuertat illud in ignem: sed non assimilat eum sibi in principio actionis.ergo hec asimilatio incipit in medio actionis:ꝛ perficitur in fine ꝛ sic patet ꝙ in fine erunt similia: sed nota ad hoc ꝙ sint similia i fine actionis non est necesse ꝙ ꝯueniant in vna qualitate ꝛ equali gradu:sed sufficit ꝙ agens cōicet passo qualitatem suam ꝛ sic erunt similia:non tamen sm omnem gradum: vnde non est necesse: vt patet ꝙ ignis communicet aque calorem sm omnes gradus qui sunt in ipso igne: patet igitur ꝙ in fine actionis est necesse agens ꝛ patiens esse similia sub hac disiunctiua vel sint omnino similia vel aliqualiter similia:ꝛ hec secunda pars est necessaria.

Hic terminatur secundum caput.

¶ Caput tertium.

Circa cap. 3m in quo agēduȝ est de mixtione faciā tria. ꝓ ponaȝ diuisionem de mixtione. 2° declarabis quo modo differt ab alijs speciebus mutationis. 3° qd sit mixtio de qua agit Phs in hoc primo libro:vltimo declarabis que ꝛ qualia debent esse miscibilia ad inuicem.

Circa primum nota ꝙ mixtio dicitur quattuor modis. ꝓ di cumulatio vel iuxta positio plurium reruȝ remanentium in propria forma ꝛ figura: sic solemus dicere ꝙ ordeum miscet frumento vel milio:simlr ꝙ pilli lane ad inuicem miscent in pāno ꝛ hoc modo non cōsideratur hic mixtio. 2° di cumulatio vel iuxta positio plurium reȝ contritaȝ vsqȝ ad minutissimas partes sicut dicuntur misceri aromata in mortario p contusionem:nec sic in hoc loco ꝯsideraf. 3° di vnio plurium liquidoȝ que oia remanēt actu sm formam suaȝ:sic dicitur aqua misceri vino. 4° dicitur compositio pluriuȝ miscibiliuȝ in vnam formā sbalem:ita ꝙ ex eis fit vnum per se: nec aliquod eoȝ actu remanet in mixto:sȝ in virtute hec oia declarabimus in diffinitione mixtionis:ꝛ hoc modo sumitur a pho in hoc ꝑ.

Circa 2m declarādum est quō mixtio:4° modo differt ab alijs speciebus mutationis.s.gnōne ꝛ corrup. augmento ꝛ decremento ꝛ alteratione: qd differat a motu locali non est dubiuȝ. Dico igitur sm phm ꝙ differt a gnōne: nam in gnōne mā non misceƒ forme nec eȝ in mixtione aūt vnum miscibile miscetur alteri miscibili: vt dicemus in. 2. ergo mixtio non est gnatio:ꝙ aūt materia non misceatur forme:probatur sm phm: qȝ in mixtione: vt dicemus est necesse miscibilia non remanere actu in mixto:sȝ in gnōne materia ꝛ forma actu remanēt in genito.ergo mā non miscetur forme.

¶ Itē dit a corruptione:qȝ in mixtione nullum miscibilium corrūpitur:qd quō sit veȝ declarabo in solutiōe argumētoȝ sȝ in corruptiōe altera ps rei corrūpit. C

forma s̄balis.ergo mixtio non est corru/ptio. Itē differt ab augmēto: ⁊ decremēto q2 in augmēto duo reqruntur. s. nutrimētum ⁊ corpus aīatum qd nutrif: s3 nutrimētum nō miscef corpori aīato: q2 corrūpitur: vt dictū est in trac. p̄ aliter nō cōuertertur in s̄ba3 corporis aīatī nec corpus aīatum miscetur nutrimēto q2 remanet actu ⁊ sub propria forma: vt p3 in mixtione aūt sūpta. 4° modo nullū miscibiliū remanet actu nec sub ṗpria forma: vt dicemus in diffinitiōe mixtionis. ḡ aug^{m} ⁊ decremētum nō sunt mixtio. Item differt ab alteratione: nam qualitates s̄m quas fit alteratio nō dicunf misceri suis s̄bis: vt albedo manus non miscetur cū manu ⁊ ratio est q2 in manu alba remanet actu albedo: ⁊ manus actu: in mixtione aūt miscibilia non remanent actu: sed solum virtute: vt dicemus infra. ergo mixtio non est alteratio: vtꝝ autem ad mixtionē p̄cedat alteratio: vt dicemus ifra.

Circa 3^{m} nota q3 mixtio q̄rto modo sic diffinitur in fine huius p̄mi libri: mixtio est miscibilium alteratoꝝ vnio. Ad huius declarationem dico tria. Primum est q3 miscibilia s̄m p̄hm non remanent actu in mixto puta in lapide non remanent actu ignis ⁊ aqua ⁊ terra que dn̄r miscibilia ex q̄bus hoc mixtū quod est lapis componitur: nam si remanerent actu non facerent mixtionem: sed tm̄ iuxta positione3: sicut non dn̄r agere mixtionem hoc quarto modo: frumen/tum ⁊ ordeum licet ad inuicem iuxta ponantur: ⁊ de hoc formabimus in. 2. libro dubium particulare. C q3 elementa miscibilia non remanent actu in mixto.

¶ Dico 2° q3 l3 miscibilia non remanēt actu in mixto remanent tamen in virtu/te. i. s̄m qualitates actiuas ⁊ passiuas: putā l3 non remaneat actu terra in lapide remanet tamen frigiditas ⁊ siccitas que sunt proprie qualitates terre: idē3 dico de aliis tribus elementis. Aduerte tamē q3 tales qualitates elementoꝝ miscibilium non remanent s̄m suas excellētias in mixto: non enim est tātus calor vel frigidi/tas in plāta mixta ⁊ cōposita ex elemētis quanta est in igne: ⁊ quanta est frigiditas in terra: s3 in mixto tales qualitates sunt remisse ⁊ quodāmmodo confracte sicut in tepido est calor ⁊ frigiditas sub gradi/bus remissis. Ad hoc autē3 q3 h̄mōi qualitates seruentur in gradu remisso in mixto est necesse q3 elementa miscibilia ad inuice3 agant ⁊ patiantur ⁊ sic mutuo al/terantur per suas qualitates contrarias: ex tali autem mutua alteratione qualitates contrarie elementoꝝ remittuntur ⁊ reducuntur ad quādam tēperantiā sicut album ⁊ nigꝝ temperantur in palido ⁊ temperate se compatiuntur in mixto.

¶ Dico 3° q3 postquam elementa mi/scibilia ad inuicem alterata sunt est ne/cesse q3 ad inuicem componantur aliter non sit mixtio. Nam mixtio ⁊ resolutio opponuntur: resolutio enim fit per sepa rationem mixtio autem per vnionem.

¶ Stantibus hiis p3 diffinitio dicta. s. mixtio est vnio in vna forma s̄bali: miscibiliū elementoꝝ prius alteratoꝝ ad inuicem: q2 nec actu nec s̄m suas qualitates ꝯrias intensas possunt remanere in mixto. ergo prius alterantur: ⁊ sic sue qualitates remittuntur: que remisse seruātur ⁊ se compatiuntur in mixto: vtꝝ aūt ele/menta miscibilia sic ad inuicem alteren/tur q3 sua forma s̄balis corrūpatur ⁊ sue qualitates ꝯrie corrumpantur ḡnetur q3 media qualitas in qua virtualiter seruen tur qualitates omnes elementoꝝ: id di/scutiemus in s̄cdo lib. vbi declarabimus quō elementa maneant in mixto estato.

¶ Demum viso quid sit mixtio: docet p̄hs in fine huius p̄mi l'vli que sint ad inuicem miscibilia ⁊ que bene miscibilia ⁊ que male: dicit ea esse miscibilia que sūt ꝯria ⁊ possunt in inuice3 agere ⁊ pati s̄m suas qualitates contrarias: sic elementa dn̄r miscibi'ia cum sint ꝯria ⁊ ad inuice3 alterentur: vt dicemus in s̄cdo.

¶ Dicit ea esse bene miscibilia que sunt parua: nam iuxta se posita facilius se alte

rant ⁊ transmutant ⁊ sic ad inuicem mi/
scentur: vnde ⁊ supra diximus ꝙ aroma
ta quanto magis sunt cōminuta: tanto
melius ad inuicem miscentur mixtione.
2° modo dicta. Item humida sunt ad in
uicem bene miscibilia q2 facile diuidūtur
⁊ sunt bene passiua vt vinum ⁊ aqua: id
intellige dummodo non sint viscosa vel
vntuosa: nam viscositas prohibet diuisio
nem: vt patet in melle: ⁊ vntuositas su/
per natare facit ⁊ ideo mel ⁊ aqua oleum
⁊ aqua licet sint humida tamen nō sunt
bene miscibilia.

¶ Dicitur 3° ea sunt male miscibilia
que sunt magne quātitatis: tardius eniꝫ
ad inuicem transmutantur: ⁊ tardius se
mutuo alterant. Item si duo sint quorꝫ
vnum est valde passiuū ⁊ alteꝝ quasi im
passibile non bene ad inuicem cōmiscen/
tur: vnde inquit phs: stamnuꝫ ⁊ es non
sunt bene miscibilia: stānum enim est mo
le ⁊ ideo facile passiuum: es aūt est durꝫ:
ideo quasi impassibile pp ꝙ si stamnum ⁊
es simul liquantur stānum quidem pro
maiori parte resoluitur in elementa ⁊ eua
porat: es aut pmanet: pp ꝙ artifices duꝫ
conflant es ⁊ stānum prius pmittunt es
liquefieri deinde apponūt stānum quo li
quefacto extrahunt ex fornace ne ex lūga
mora stānum euaporet: hec de bene ⁊ ma
le miscibilibus sufficiāt i vl'i: i particula
ri aūt tractare spectat ad libꝝ de minera/
libus. Nunc sup est quedā soluere arg^a.

Contra p^m caput qḋ ea que se tā
gunt tactu mathematico
non est neccesse esse quanta: q2 duo pun/
cta possunt se tangere hoc tactu que non
sunt quanta: vt patet ⁊c. probatur añs: si
gnetur punctus A in superficie concaua
Saturni ⁊ signetur puuctus B ex oppo
sito in superficie ꝯuexa Iouis: quero aut
se tangunt aut non. Si non ergo inter
duas spheras datur medium vacuum: si
sic: habeo intētum: si dicis: ꝙ quecūqꝫ se
tangunt per se hoc tactu debent esse quā
ta: quecumqꝫ aūt se tāgunt per accidens
non est neccesse esse quanta dūmodo sint
in ꝑdicamento quātitatis: sic est in ꝓpo
sito pūctum tāgit punctū ꝑ accñs ⁊ nō ꝑ
se: iō sufficit ꝙ sit i ꝑdicamēto q̄ꝫtitatis.

¶ Contra: si sufficit ꝙ sint in predicamē
to quātitatis. ergo eadem rōne vnitas tā
git vnitatem per accñs: qḋ tamen est fal/
sum: q2 si due vnitates tangerent se cum
ꝯstituant numeꝝ: seqtur numeꝝ esse quā
titatem ꝯtinuaꝫ: nō enim repugnat enti
ꝯtiguo fieri ꝯtinuum: ꝯña v̇o ꝓbatur: q2
sicut pūctus est principium quantitatis
ꝯtinue sic ⁊ vnitas quantitatis discrete.

¶ Si dicis ꝙ non est eadē rō de vtroqꝫ
ꝙ vnitas dicit solam indiuisibilitatem:
punctus aūt addit determinatum situm
in continuo ⁊ rōne huius punctus tan/
git punctum: non aūt vnitas vnitatem.

¶ Contra: ergo stat argumentum in ro
bore suo. s. ꝙ punctus per se tangat pun/
ctum: nam omne habens determinatuꝫ
situm tangit alterum per se: si ergo pun/
ctus habet determinatum situm in cōti
nuo sequitur ꝙ per se tangat punctum.

¶ Si dicis ꝙ aliqd hꝫ determinatum si
tuꝫ ex seipso: ⁊ tale est tangens alteꝝ per
se: aliquid aūt hꝫ determinatum situꝫ nō
ex se: sed ex alio in quo continetur: ⁊ tale
non tangit alteꝝ nisi per accidens: ⁊ q2
punctus in continuo habet talem situm
eoꝙ continetur in linea sic non sequitur
punctum per se tangere punctum.

¶ Contra: ergo eadem rōne linea non
est tangens per se lineā: qḋ tñ est falsum:
q2 potest continuari alteri linee. ergo ⁊
contiguari: ꝯña v̇o probatur: sicut pun/
ctus non habet situm nisi q2 ꝯtinetur in
linea: sic nec linea hꝫ situm nisi q2 conti/
netur in superficie: non enim datur linea
realis sine supficie nec superficies sine cor
pore ꝯm phꝫ. ergo sicut pūctus non pōt
tangere punctum sic nec linea lineam.

¶ Respon° non est eadem ratio de pun
cto ⁊ de linea: lꝫ enim vtrūqꝫ sit in situ ꝑ
aliud: tñ linea ex se est quanta ideo ex se
potest tangere lineam quia autem pun/
ctus non est quantus per se: ideo repu/
gnat punctum per se tangere punctum.

¶ Contra idem caput: q non omne agens tangat passum: sol agit in elementis causando calorem et tamen non tangit elementa ergo etc. probatur añs: inter solem et elementa dantur medie sphere. ergo non tangit elementa: ea enim se tangũt inter que non est medium ex .7. phisi.

¶ Si dicis q sol tangit elementa mediate non tñ imediate: qz prius tangit spheras medias et per ipsas tangit elementa: ad hoc aũt q agens tangat passum sufficit tactũ esse mediatum vel imediatum.

¶ Contra si tangit spheras medias. ergo causat in eis aliquã qualitatem: qd tñ est falsum: qz cum sint corpora inalterabilia non recipiunt qualitates: ꝯña vo probatur: si sol tangit speras tangit eas tactu metha.: si tactu metha. ergo causat i passo aliquam qualitatem ex diffinitione tactus meth. que assignata est supra.

¶ Si dicis: q sol nõ cãt i speris q̃ litates alteratiuas q̃ sunt q̃litates elitares qbus corpora sunt corruptibilia: cãt tñ lumen que est q̃litas cõis corpori corruptibili.

¶ Contra: si in spheris causat lumen ergo illuminatur: quod tñ est falsum: solũ enim corpus planete illuminat: et non tota sphera: vt pz: ꝯña vo pbat: ex .6. phi. presentia forme sm̃ denominat: vt quando recipit motus i mobili vex est dicere q mouet: ergo etc. Si recipit lumẽ i sphera vex est dicere q sphera illuminet etc.

¶ Si dicis q ad hoc q corpus illuminetur non sufficit recipere lumen: sed qd sit diaphanum terminatũ aliquo opaco: vt in speculo: vel condensatum: vt aqua cõgellata: et qz tota sphera est corpus dyaphanũ nõ terminatũ et rax: solũ aũt corpus planete est ꝯdẽsatum: est enim stella densior pars sui orbis: ideo nõ seqtur totã sperã illuminari lz in ea recipiat lumen.

¶ Contra: ergo seqtur q tota luna illuminetur a sole: qd tñ est falsum: q pz ex partibus vmbrosis apparentibus in ea: pbatur ꝯña: qz p te totũ dyaphanũ ꝯdẽsatũ illuminet: sed luna est tota ꝯdensata cõparata sphere sue. ergo tota illuminat.

Respon° ad hoc q corpus illuminetur nõ sufficit qualiscũqz ꝯdẽsatio: sz multa et euidens: vñ sm gradus ꝯdẽsationis dantur gradus illuminationis: vñ lz tota luna respectu sue sphere dicatur esse densata tamen hz in se partes magis et minus densas: ideo hz partes euidẽter illuminatas: qz manifeste reflectũt radios solis: alique aũt ex sua parua densitate insensibiliter illuminantur ideo remanent vmbrose: cum tamen vmbra sit lumen remissũ possunt dici illuminate sm quid.

Contra 2m cap. q nõ oẽ passibile sit diuisibile: qz daf idiuisibilis caro que pt alterari et corrũpi: g etc. ꝯña manifesta: añs pbatur: daf minima caro alterabilis: ex p phisi. ergo datur caro indiuisibilis: ꝯña probatur: si cara minima potest diuidi datur minus minimo: qz partes sunt minores diuiso.

¶ Si dicis q lz detur minimum passibile naturale: non tamen minimũ mathematicum: qz cum oẽ passibile sit mobile: ex .3 .phisi. et omne mobile sit corpus ex sexto phisi. et omne corpus cõtinuum est diuisibile ex .3 .sequitur sm mathematicum non dari minimam carnem.

¶ Contra: data hac rñsione habeo intẽtum: nam p te datur minimũ nãle q est passibile. ergo datur passibile indiuisibile: quãtũ aũt ad mathe. siue sit diuisibile: siue non: nihil est: omne enim passibile nãle est inquantũ habet esse in mã: ex .1 2. metha. sz que ꝯsiderãtur a mathe. inquã tũ ab eo ꝯsideranf abstrahũt a mã: ex .2. phi. et .3 .meth. g nullũ math. ẽ passibile.

¶ Si dicis: ꝯceditur minimum nãle passibile indiuisibile non qdem per se: sz inquãtũ in alio: puta minima caro patitur non sm se: sz qz est in toto q sm oẽs partes integrales patif: vt dictũ e supra.

¶ Contra: minima caro potest abstrahi a toto: qz concessisti minimum nãle. ergo põt pati sm se: et cum sit indiuisibilis sequitur aliquid passibile per se esse indiuisibile: ꝯña vo probatur: omne corpus naturale habens esse per se est passibile per

se: sed minima caro si abstrahitur a toto
bz esse per se. ergo est passibilis per se.
¶ Respon° minima caro pōt dici diuisibilis & indiuisibilis: indiuisibilis qdē qz nō pōt diuidi i partes minores quaꝝ vtraqz sit caro: pōt tñ diuidi in eēta ex qbus cōponit: dico igit dari passibile indiuisibile in partes eiusdē speciei: non tñ indiuisibile in pᵃ corpora ex quibus componitur.

Contra pᵐ dubium 2ⁱ cap. vi qz non oē agens tangat suū passum: sic: oēm visibile agit in visuz causando in illo sui similitudinem & tamen visibile non tangit visu: aliter non videretur qz sensibile positū supra sensum nō facit sensationem: vt dī in. 2. de aia. ergo non omne agens tangit suum passum.

Ad hoc dicitur qz visibile tangit visum non qdez imediate: vt argᵐ probat: sz mediate. i. per speciē intētionalem que causatur a visibili & p medium dyaphanū differtur ad visum: vt dī in. 2. de aia: quia igitur hec species causatur a visibili: & tangit sensum potest dici qz sensibile mediate tangit sensum & hoc sufficit: naz diximus sufficere agens tangere passum imediate: vel mediate.

Contra 2ᵐ dubiuz fiunt argᵃ: ad pbandum qz idem agat in seipsum: sz oia soluuntur p hanc distinctionem positaz supra. s. p̄ & per se vel per se tm̄: oia enim probatur qz idem agit in seipso p se actione non corruptiua non p̄ tñ & per se: vt declaratum est supra. Hec argᵃ videbis in questionibus Marsilij & albertucij ō saxonia & Scotti i. 9. meth.
¶ Unum argumentum fit qz videtur pbare idem agere in seipsum p̄ & p se: sic: aqua exñs calida si remoueatur a calefaciente reducit seipsam ad frigiditatez. ergo agit in seipsam p̄cum in seipsa causat frigiditatē: aut enim frigescit ab aere frigido circūstante aut a seipsa: nō ab aere qz magis ifrigidat q̄z sit frigiditas aeris p̄cipue in estate: & p̄terea lz id posset allegari tpe hyemali non tñ tpe estiuo in quo & aer calidus est. ergo non infrigidat eam.

Ad hoc dī s̄m viā th° omisticaz qz eadem rō est a quo aqua moueat deorsū & aquo infrigidat: & ideo dicimus qz sicut mouet deorsuz a gñante p virtutem sibi impressam que est grauitas 2ñs formam aque: ita infrigidatur a gñante qz ab eo hz formā aque ad quā sequtur frigiditas: vt q̄litas nālis: dicimus ergo qz infrigidans: vt qd̄ est gñans: infrigidans aūt: vt quo ē forma aque: sicut et diximus in vltᵒ tract. sup libꝛ 3ᵐ & 4ᵐ de celo de motu locali grauium & leuiuz a quo moueantur: pz igitur qz aqua non pmo & per se agit in seipsam: sz tm̄ per se: & nota qz infrigidatio aque nō est actio corruptiua sicut calefactio: sed est perfectiua: per eam enim tendit ad suam qualitatem naturalem. s. frigiditatem.

Contra 3ᵐ caput de mixtione: probatur: qz mixtio quarto modo non potest fieri: sic: Si talis mixtio fit quero vel miscibilia manent in mixto actu vel corrumpuntur. Si dicis qz manent actu est contra Phum: vt diximus supra. Si dicis qz corrumpuntur: contra: ea que sunt corrupta: sunt non entia: est enim corruptio progressio ad non esse. ergo mixtio fit ex non entibus qz est contra Phm negantem partes alicuius mixti vel compositi esse non entia.

Ad hoc dicitur pro nunc: qz nō remanent actu nec proprie dicuntur corrumpi: ea enim proprie corrūpuntur que desinunt esse: & quo ad fuā formam s̄balem: vt quo ad qualitates cōsequētes formam rei sicut quando corrūpit lapis desinit esse forma lapidis & grauitas & durities &c. Miscibilia aūt lz corrumpantur quoad formam suam videntur manere in mixto s̄m qualitates suas lz remissas & ideo non proprie corrūpuntur melius. ergo dicimus cum Pho qz remanent in virtute in mixto quā qz corrūpātur: id clarius discutietur in. 2. libro.

¶ Explicit tractatus tertius & vltimus super primum libꝛ de generatione.

¶ Tractatus primus super secundum libr. de generatione.

Super 2m librum de giione formamus tres tractat. primus est de numero elemētorum quē diuidimus i.4.ca.

¶ In primo agitur de numero qualitatum primarum que sunt actiue et passiue et ſm quas primo fit alteratio corruptiua in elementis et elementatis.

¶ In secundo declaratur quomodo inter eas due sunt actiue et due passiue.

¶ In tertio pbatur ex nūo harum qlitatum esse.4.elementa nec pauciora nec plura.

¶ In quarto declaratur qūo elementa non solum se inuicem alterant: sed ex se inuicem generantur et corrumpuntur.

¶ Caput primum.

Circa pm cap. vidēdum est de numero qualitatum primarum rc. Et dicemus tria: pimo nō intendimus loqui de oi qualitate prima que reperitur i elementis: sed solum de pimo prima.i.que non causatur ex priori: nam in elementis non solum sunt hee quattuor qualitates caliditas: frigiditas: siccitas: humiditas: sed raritas: densitas: grauitas: leuitas: duricies: molicies: asperitas: lenitas: que oēs dicuntur a pho in hoc scdo libro qualitates tangibiles eo quod solo sensu tactus dignoscuntur: inter quas solum.4.s.cali. frigi.humi.sicci. dicuntur qualitates primo prime: relique enim causantur ex eis: nam raritas et leuitas causantur ex caliditate: proprium est enim calidi rarefacere: ad rarefactionem sequitur leuitas: vnde inter elemēta rarius: vt ignis est leuius: grauitas autem est causata a frigiditate: a qua primo causatur densitas: nam proprium est frigiditatis condensare: vt pz in glaciata aqua: ad condensationem sequitur grauitas: eo q partes condensate magis coherent et sic redduntur grauiores vt pz in lapide. Item ad ḡdensationem sequitur duricies: vt pz i terra: ad raritatē sequitur mollicies: vt pz in aqua: ad duriciem sequitur asperitas: nam in re dura vna pars pōt super eminere alteri: ex quo sequitur asperitas: lenitas aūt possūt sequi ad duriciem et ad molliciem: nam et dura et mollia possūt habere partes quarum vna non supereminet alteri: vt pz in ligno dolato: et in aqua quiescente: in vtroqz deprehēdit lenitas.i.adequate partes ſm tactum.

¶ Dico scdo q dimissis alijs qualitatibus non primo primis quas enumerauimus solum quattuor sunt primo prime: que vere sunt actiue et passiue: et quidem q sint.4.ab omnibus: vt per se notum concessum est: qd aūt sint p prime pbat: qr sunt cause aliarum sequentium: vt declarauimus: ipse aūt non causantur a priori bus. ergo sūt primo prime ex causalitate. Item ſm eas assignatur numerus elemētorum que sunt corpora primo prima inter generabilia et corruptibilia. ergo sunt primo prime. Item insunt oibus elementis et eis nō causate a prioribus. ergo rc. Quod autem hee sole sint pp:ie actiue et passiue.i.sint principia actiōis et passionis corruptiue qualis est calefactio exsiccatio rc. pbatur: nam alie sequentes potius causantur ex alteratione facta per has quattuor q̄ sint principia alterationis dictum est enim q ex calefactione causatur raritas ad quam seqtur leuitas. Et ex frigefactione causatur densitas ad quā seqtur grauitas. ergo potius debēt extimari esse causate per actionem et passionē corruptiuam: cuius principia sunt predicte quattuor qualitates: quam q ſm se sint actiue et passiue: et si dicas q grauitas et leuitas sunt principia actionis p se cum sint principia motus localis in graui et leui.

¶ Rndeo q motus localis non di ex se actio corruptiua: cū p motum localē p se nō acqrat imobili aliqua q̄litas ſm quam fit alteratio: sed solū vbi vel nouus locus: pz ergo q ille q̄ttuor q̄litates pprie et sole et p se sunt actiue et passiue ad sensum datū.

Dico

¶ Dico 3°: q̄ nõ oẽs sunt actiue z passiue: sz inter eas due sunt magis actiue: z due magis passiue: verũ qr hoc ptractandum est in cap. sequẽti ideo hic termino p^m cap. in quo pz q̄ q̃litates elemẽtares p prie sunt hec. 4. caliditas zc. Et q̄ sunt sole z proprie z p actiue z passiue .i. sunt principia quibus corpora adinuicez agũt z patiũtur actione z passione corruptiua.

¶ Caput secundum.

